Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

edom in valle salinarũ. x. milia. et apprehendit pe
tram in prelio. vocauitq; nomen eius iecethel usq; in presen
tem diem. Tunc misit amasias nuntios ad ioas filium
ioachaz filii iehu regis israel dicens. Veni. et videamus
nos. Remisitq; ioas rex israel ad amasiam regem iuda
dicens. Cardiuus libani misit ad cedrum quae est
in libano dicens. Da filiam tuam filio meo uxorem.
Transieruntq; bestiae saltus. quae sunt in libano. et con
culcauerunt cardiuum. Percussisti sup
edom. et subleuauit te cor tuum. Contentus esto
gloria. et sede in domo tua. Quare prouocas malum. ut
cadas tu et iuda tecum. Et non acquiescit amasias.
Ascendit ergo ioas rex israel. et uiderunt se ipse et ama
sias rex iuda in bethsamis oppido iudae. Percussusq;
est iuda coram israel. et fugerunt unusquisq; in tabernacula
sua. Amasias uero rex iuda filius ioas filii ahaziae.
cepit ioas rex israel in bethsamis. et adduxit eum in
ierusalem. Et destruxit murum ierusalem a porta effraym
usq; ad portam anguli. CCC. cubitis. tulitq; omne
aurum et argentum. et uasa uniuersa quae inuenta sunt
in domo domini. et in thesauris regis. et obsides. et
reuersus est samariam. Reliqua autem uerborum ioas quae fecit.
et fortitudo eius qua pugnauit contra amasiam re
gem iuda. nonne hae scripta sunt in libro sermonum di
erum regum israel. Dormiuitq; ioas cum patribus suis.
et sepultus est in samaria cum regibus israel. et regnauit
ieroboam filius eius pro eo.

Annus secundus ioas filii ioachaz regis israel. tempus
illud propriationis commendat iudex. quo dis
ad populum iudaicum in fine remittit. Annus cum primus
fuit. cum sui nominis cognitione. illi quidem in deser
to dedit. Amasias filius ioas regis iuda regnauit cum
populis gentium. scientia et uirtute robustus. regnum ecclesiae
in pace gubernat. Viginti. v. annos et cum regna
re meruit. quia scientiae uetus ac nouum testamentum. uel
dilectionem dei ac proximi. sine actione et contempla
tione utrique. quinque talentorum usum sollicite impen
dit. Viginti et viii. annis in ierusalem regnat. cum
uno illo solo. quod in hac uita ardenter desiderat. di
uinae usionis beneficio se puram flebiliter considerat.
Viginti enim. viii. uno minus habent. ne. xxx. fiant.
quae huius uitae imperfectionem denotant. Nomen
matris eius ioadan de ierusalem. Ioaden dicitur delica
ta uel tenella dicitur. per quam. dulcedo contemplationis
et dilectionis exprimitur. de qua ecclesia populis gene
ratur. ut superne ciuitatis filius et heres esse meretur.
Fecit amasias recta coram domino. fide et dilecti
one seruiens creatori deo. Veruntamen non ut
dauid pater eius. qua innocentia et continentia. ex
non ualet assequi homo in carne positus. Iuxta
omnia quae fecerat ioas pater suus fecit. et patriarchas.
prophetas et apostolos. populis gentium imitari studet.
quos uerae fidei et dilectionis per gentiores et doc
tores habet. Nisi hoc tantum quod excelsa non ab
stulit. et populis gentium uetus testamentum mystica
non abiecit. Adhuc ecclesiae populis immolat incen
sum allegoriae. et adolet adipes moralitatis in
excelsis. in uita uetus testamentum. Amasias opti
net regnum. quia dominum et regnum. et ipse dominabitur
gentium. Amasias seruos suos peremit. qui populis
gentium iudeos suo domino subiecit. Iuxta inter
fecerunt regem patrum suum. qui crucifixerunt
christum dei filium. Filios autem eorum qui occidant.
non occidit. quia extremis populis iudaici reli
quiis. gentium populis parcit. Iuxta quod scriptum est
in libro legis moysi. ubi chorae peccantes filii
eius non sunt extinctae. Sicut dominus praecepit. quod electos suos.
a reproborum sorte discernit. Non morientur pa
tres pro filiis. qua patriarchae et prophetae fideles. non abi
cient per successoribus pro fidis. Neque filii morientur
pro patribus. quia reliquiae populi iudaici non damna
buntur per saeuitiam legis et meritis parentum. Unus
quisque in peccato suo morietur. qua carne insimili
tudine carnis peccati. per totum mundum uita in
cruce occidetur. Hosiae. ii. quia in uetere lege pro pec
cato offerebatur peccatum diuebatur. quae illi typum
proferebat. qui in similitudine carnis peccati
quando quoque uenturus erat. Amasias edom pe
cuniae. dum gentium populis inimicitiae populi iudaici
in uita legis configit. Inualle salinarum pecuniae.